

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

77.
79

CARMEN GRATULATORIUM
IN AVSPICATISSI-
MAS NVPTIAS SPECTATIS-
SIMI VIRI, DOMINI JOHANNIS
JACOBI FRAIS, &C. SPONSI;

ET
LECTISSIMÆ VIRGINIS VR-
SULÆ LOEFENIÆ, &C. SPONSÆ,

XIV. die Mensis Decembris Haidelbergæ
celebratas. Ann. 1602.



H A I D E L B E R G Æ
T Y P I S V O E G E L I N I A N I S,

clō Io c i i.

75

IN AVS PLOCA TISSA

M. F. R. V. E. D. M. C. H. A. R. L. I. A. F. I. L. I. U. S.

II A EN DUA SAMANT...
O. C. I. O. N. I. S. P. R. I. N. C. I. P. I. U. M.

II C. I. T. A. T. I. O. N. I. S. J. A. C. O. B. I. U. M. F. I. L. I. U. M.

II A EN DUA SAMANT...
O. C. I. O. N. I. S. P. R. I. N. C. I. P. I. U. M.

II C. I. T. A. T. I. O. N. I. S. J. A. C. O. B. I. U. M. F. I. L. I. U. M.

II A EN DUA SAMANT...
O. C. I. O. N. I. S. P. R. I. N. C. I. P. I. U. M.

II C. I. T. A. T. I. O. N. I. S. J. A. C. O. B. I. U. M. F. I. L. I. U. M.

II A EN DUA SAMANT...
O. C. I. O. N. I. S. P. R. I. N. C. I. P. I. U. M.

II C. I. T. A. T. I. O. N. I. S. J. A. C. O. B. I. U. M. F. I. L. I. U. M.



IN NUPTIAS
DN. JOHANNIS JACOBI FRAISII
SPONSI,



VRSVLÆ, D. MICHAELIS LOE-
FENII, J. U. D. ET CONSILIARII
PALATINI, FILIÆ, SPONSÆ.

HEU quæ fama mæas nuper perterruit aures,
O Civis optatissime,
Fama Palatinam subitò quæ lapsa per urbem,
JANUM JACOBUM FRAISIUM,
Antedies paucos, quo fato nescio, prædam
Vrse fuisse sparserat?
Haud sanè, quid enim? multis mihi tristius annis
Audire quicquam contigit.
Namque ego terribilem violentis unguibus Vrsam
Hoc nomine intellexeram:
Ergo tuam, mi JANE, vicem dolui, ergo precabar
Cæli beata gaudia,
Ergo etiam meritos animus surrexit in æstus,
Iratuſ Vrsis omnibus,
Adversusque feræ sic mens excanduit illas
Ut manciparet in feris.
Hac ego sæpe meo tacitus dum corde voluto,
Carumque civem lugeo:
Ecce meas alius defertur rumor ad aures
Priore multò gratior:
Incolumem salvumq; meum remanere JACOBUM,
Nec parte læsum corporis,
Nec mihi villosis deformem pellibus Vrsam
Tectè hoc notatam nomine,

X 2

Sed



*Sed bene formosam, multis sed dotibus auctam,
Amabilemque virginem,
Quam Pietasque Pudorq; suam jaçtaret alumnam,
Et filiam Modestia.
O letum quo non aliud mihi letius ullum
Poterat venire nuncium!
Haud aliter mæstam recreabant gaudia mentem
Animumque turbatissimum:
Ipse foret quam si mihi frater redditus, ante
Annos bis octo mortuus.
Gratulor ergo tibi, de tali, JANE, puella,
Et tam modesta virgine
Quam Pietatis amor, caram profitetur amicam,
Dicit sororem Castitas.
Gratulor ista tibi, & prosperrima quæque precatus
Tuis, JACOBÈ, nuptiis,
Fæcundoque toro, te jam cum conjugè cara
Iubeo valere plurimum.*

M. GEORG. WENDEL.
KLAFSCHENCKEL Con-
tubernii Regens.

Aliud.

PLAUDITE Pegasides, hymenæia plaudite fata,
Votaque votivâ sacra sacrate manu.
Jam sacri thalami celebrantur gaudia, de queis
Tor suspiravit, frigora totque tulit.
Dic Suadela melos; vicinis collibus icæta
Vox redeat, referens gaudia grata, rata.

O ter

O ter felicès! vestris Deus appulit oris,
Quis Deus? haud Deus; est, sed Cytherea Dea.
Est Deus & Dea: nam comitem sibi Cypria jungit
Arciferum, sua qui tela paratus habet.
Entheus hic spiculo transfixit cor; recreatque
Amborum, ut foveat frigida corda calor.
Venit in amplexus virgo, quæ sola voluptas
Solamen curæ, delitiumque oneris.
Ecce genas rubeas: oculorum parva nigredo
Te cœpit, captum cœpit utrumque Venus.
Quam bene conveniunt & in una sede mo-
rantur

Cum Sponsâ Sponsus, Sponsa pudica suo.
Nomini inest omen; brumali frigore friget
Freisius; hinc medicus frigora pelle calor.
Arridet Bacchum Narcissus, noctua Coam,
Neptunum piscis; charior Vrsa tibi.
Hoc juvat, & fons est Cytheræis spargere postes:
Floribus, & T TRINO dulce melisma dare.
Sæpiat, ô! vestrum concors concordia lectum,
Absit Eris; Nectar, mella, merumq; fluant.
Vivite felices, vivacem vincite cervum,
Augentes patriam prole, nepote, domum.

Gratitudinis ergò, JACO-
BUS TACKEN.

Aliud ad eundem.

Cum soleant Vrsi pulcras adamare puellas,
Ingentesque faces vesano corde movere:

|| 3 Quid

Quid vetat erga Vrsam juvenes flagrare vicissim,
Humanasq; faces benè sano corde movere;
Nomine qua Vrsa tenus tantum, sed re ipsa Calisto;
Formarum numeros in se complectitur omnes.
Ecce! colore nitet lactis cum sanguine mixto;
Entibi formosam faciem pectusq; decorum.
Hanc decorat pudor, & roseis affusa labellis
Gratia. Concordat similis simili; estis uterque
Et sponsa & sponsus claris majoribus orti
Maternis: Avus est sponso doctissimus, ipso
Nomine N O A, suo M E U R E R cognomine, magnis
Carus principibus, pater huic fortissimus: olim
Spirensis consul, cum Brandenburgicus Heros
Ceperat Albertus Spiram, & nihil ipsa nec ausa,
Nec poterat plena sola urbs obstare phalangi
Cives quò socios vel summam linqueret adem.
Tunc, quondam ut Cocles Porfenna restitit hosti
In ponte, atque fugavit eundem Scævola. Sic tunc
Sponsi hujus pro avus prudenter solus & unus,
Charam quo redimat patriam, sua commoda spernens,
Hostis cauto animum fregit sermone minacem.
Vos igitur Nemetes grati celebrate canorâ
Voce ducem. Sponsæ sed stemmata fortè rogabis?
ESTHIUS ille fuit, quem Cynthus ipse beavit
Arte Machaonia, pater, & pia filia mater,
Matris virginei capitis, divini HEDIONIS
Mystica tractantis cœlestis gaudia sedis
Hâc matres. Nunc vos patres quo carmine dicam
Vestras pro merito virtutes? copia fandi
Sit licet, at vires quoniam mihi Musa recusat
Crassa, nec Antæi prabetur ~~hanc~~ vena Maronis,
Vatibus Aoniis, felicibus ista relinquo

Conce-


*Concelebrare metris: veluti puer Icarus olim,
Ne graviore ruam casu. Sinceri candor amoris
Sat patres generosque probat. Restare videtur
Dicere fausta thoro, noctesq, diesq, precando
Sollicitare Deum viridi pro stemmate prolis.
Ducite Nestorios annos longamq, senectam
Vincite Tithoni. Sobolem sobolisque nepotes
Cernite grandavi. Sic sint rata gaudia sponsis.*

ANTONIUS OLEVIANUS.



Compendium...
De...
...
...
...
...
...
...

ANTONIO DE LEYVA



№ 1996

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

UM
SSI-
ATIS-
INIS
S VR-
S Æ,

72.
79

